

Nisi Peccassem
 Quid concedere posses Roganti?
 Magnum &c.

Fil. Nostros auget Triumphos
 Splendidus iste dolor,
 Quo Rex Regum vexatur,
 Et culpa clarior est, quò plus ploratur.

Palma nobilior

Regis à fletibus
 Surgit in me.
 Vicimus hætenus
 Regalia Pectora;
 Regales lacrimas
 Nunc præstat vincere
 Maiori spe. Palma &c.



F I N I S.



279
SALOMON

DRAMA SACRVM

**FRANCISCI POSTERLA
 ROMANI.**

Musici expressum modulis

A' PETRO PAVLO BENCINI ROMANO
 Sanctæ Mariæ de Anima Inclytæ Nationis
 Theutonicæ Phonasco.

Canendum

IN SACELLO ARCHICONFRATERNITATIS
 SANCTISSIMI


CRUCIFIXI

*Feria VI. post Dominicam quartam Quadragesimæ
 presentis Anni MDCCIV.*



ROMÆ, Typis Io: Francisci Buagni. MDCCIV.
Superiorum Facultate.

2611



Ex Libris
Fausto Torrefranca

ARGOMENTO. 780

Salomone, il di cui solo Nome risuona un non sò che di grande, e di saggio, lasciatosi adescare dalle molli lusinghe delle Donne Forestiere, l'amor delle quali gli era stato proibito seueramente da Dio, si lasciò indurre per compiacere alle brame di Esse ad incensar gl'Idoli, adorando la Dea de i Sidonij, e l'Idolo degl' Ammoniti; sdegnossi Iddio in vedere che un'Vomo tanto da lui favorito, dotato d'ogni scienza, per condescendere alla profanità d'un vile Amore auesse anreposto al vero Dio d'Israele quei Numi falsi, e bugiardi. Onde per mezzo del suo Profeta Aia gli fe noto l'imminente castigo già preparatogli dal Cielo, auuisandolo della perdita de suoi Stati, e della diuisione de'suoi Regni. Si scosse Salomone dal letargo di quell'affetto, che gli hauena di già addormentato lo spirito, seruendo anche à tempi nostri d'ammirazione, e di spauento, come sia facile il cadere nelle vie fiorite del senso anche à i più Saggi. Il tutto nella Sacra Scrittura al lib.3. Cap.11. de i Rè.

S'introducono à parlare un Idumea, & una chiamata Figlia di Faraone nelle Sacre Carte per tutte le Donne estere.



INTERLOCVTORES.


FILIA Pharaonis.

IDVMEA.

SALOMON Rex.

AÍAS Propheta.

PARS PRIMA.

Fil.  Rontis radius formosæ,
 Duæ Pupillæ nitentes (pientes.
 Sæpè solent domare etiam Sa-
Idu. Quamquam Sapiens inuictus
 Proprij affectus ad arma
 Cadet Salomon victus.

Fil. In vultu amabili
 Ludite Charites,

Idu. Ludite Amores,

Fil. Debellato

Idu. Triumphato

Fil. Idu. Rege Regum formidabili

Fil. Oris ridentis

Idu. Comæ lucentis

Fil. Idu. Tollite ad sydera

Fil. Rifus

Idu. Nitores.

In vultu &c.

Sal. Salomon quis tumultus
 Medio in pectore sæuit?
 Quis pęnarum insultus
 Cordis expugnat gloriam,
 Et iam virtutis meæ refert victoriam?
 Amor Amor catenis
 Nostrum iam premit pectus,
 Nostros iam flamma sua rapit affectus.

Sæuit Amor in pectore forti,
 Nec resistit turbata mea spes.
 Ah mea virtus hæc pelle deliria,
 Si ad suspiria,
 Et ad pœnas parata non es. Sæuit &c.

Fil. Quæ sub fronte regali
 Nubes atra doloris?

Idu. Quæ tempestas horroris?

Fil. Illam, heu, frontem illa
 In qua sedet Maiestas.

Idu. In qua ridet lætitia

Fil. Nubibus cincta suis premit mestitia?

Idu. Pone mærorem

O frons amabilis:

Frons adorabilis

Sume nitorem.

Fil. Vultu radianti

Expelle nubila,

Et redeant iubila

Animæ amanti.

Sal. Qualis inter procellas

Naufraga Pinus errat;

Nec certas videns Stellas

Et toto Cælo, & toto Mari aberrat,

Sic inter Cordis mei dubios Tumultus;

Errat naufragum Cor, dubium Consilium

Nec inuenit auxilium

In Amoris insultus.

Idu. Pone mærorem

O frons amabilis

Frons

Frons adorabilis

Sume nitorem.

Sal. Verùm humanæ mentis
 Vana sapientia vanam virtutem habet;
 Nec sibi ipsi resistit
 Cum contra se consistit.
 En vobis cedit omnis
 Salomonis Constantia
 Inclytæ Bellatrices:
 Et iam per vestras comas
 Serpere videt Cor laurus victrices.

Blandæ Pupillæ

Solis fauillæ

Iam vestros animus

Radios adorat.

Nimis formosas,

Nimis speciosas

Nullus vos oculus

Satis honorat.

Blandæ &c.

Aias. Quò laberis, ò demens?

Quò sapientia, quò virtus

Salomon tua recedit,

Quonam procul à Dei iussu discedit?

Audi tonitrus, audi iam fulmina,

Quæ de Cælo iam fremunt in Te.

Iam crematur Diadema regale

Per fulgur lethale,

Quod te spoliat infana tua spe.

Audi &c.

Sal. Parce querelis tuis
 Meos augere dolores,
 Proprios agnosco errores,
 Sed virtuti labanti
 Nescit opponi Cor Animæ erranti.
Aias. Hac mercede rependis
 Tantas ingratus opes,
 Quibus te decorauit,
 Qui te regem creauit?
 Qui super Caput tuum
 Oleum Sapientiæ suæ totum diffudit,
 Et omnia Cœli dona in te profudit?
 Si tanti Numinis
 Spernis ingrate
 Summam potentiam;
 Ah saltem dilige
 Mentis beatæ
 Magnam Clementiam.

Si &c.

Sal. Sile, Intepres verende,
 Numinis adorandi:
 Sile: Iam victus animus
 Sceleris veniam sui mæstus implorat.
 Iam pœnitet, & plorat,
 Et in lucis auctorem
 Totum vertit amorem.

Facundas audi lacrimas,
 Per quas infandi Criminis
 Iam pœnitet Cor meum.
 Loquaces audi gemitus,

Queis

Queis dolor ipse loquitur,
 Dum Cor agnoscit reum.

Facundas &c.

Fil. Salomon? *Idu.* Regum incl yte?
Fil. Nunc sæuissime Regum:
Idu. Quæ Te sententia vertit?
Fil. Quis Te furor euertit?
Idu. Salomon Infidelis
Fil. Salomon Rex ingratus, & crudelis,
Idu. Pœnitet quod amaui,
 Et quod Fidem seruau
 Ingrato Amanti;
 Si pretium est amoris
 Messis tanta rigoris
 Sponsæ mercedem suam frustra roganti.
 Pœnitet &c.

Sal. Idumæa? Pharaonis
 Formosissima Proles?
 Pectoris mei victrices,
 Ponite iras vltrices:
 Heu iam virtutem meam nimium vicistis,
 Nimium me domuistis,
 Vt certamine tendam
 In vos, & Cordis mei Palmam contendam.

Fil. Amat Cœlum in Corde regnanti
 Non sæuitiam, sed pietatem.
 Plusquam flammam in Pectore amanti
 Odit Cœlum feritatem.

Amat &c.

Sal. Amat Cœlum pietatem

Amat

Amat Salomon Rex vestrum decorem,
Oris vestri nitorem.

Si vellet non amare

Non posset; & si posset

Non vellet Amor meus.

Si posset triumphare

Non vellet, & si vellet

Non posset in hac pugna Animus reus.

Si &c.

Fil. Vicimus, post amorem

Aliam Pietatem spero.

Idu. Parum est, si nos amat,

Amet, & nostros Deos; primum pugnabit,

Victus tandem amabit.

Triumphales me cingite Palmae,

Celebrate mei vultus potentiam.

Celsi Regnantis

Iam delirantis

In amorem mutavi Clementiam.

Triumphales &c.

Fil. Triumphales me cingite laurus,

Spero illustrem referre victoriam.

Regis inuicti

Per me iam victi

Ad meos Pedes substernite gloriam.

Triumphales &c.

Finis Primæ Partis.

PARS ALTERA.

Fil.



VANTO regia Maiestas

Quanto augetur decore, inclyte

Regum,

Ex quo Thuris honore

Altaria vaporasti,

Et cum aura Sabæa suspiria, & vota

Ad Coelum eleuasti.

Dum tanto à Rege

Colitur Numen,

Splendidus lumen

Aras decorat.

Mentes Deorum

Iam fastus erigit,

Dum magnus Salomon

Illos honorat.

Dum &c.

Sal. Inter vestram lætitiã

Nubibus plenum pectus

Atram sentit mæstitiam,

Et iam lacrymor heu mærore affectus,

Lacrymarum sentio flumina

Iam per lumina;

Sentio iam Cordis dolorem.

Heu quot oculos habemus

Cum videmus

Quem admisimus Cæci Animæ errorem.

Lacrymarum &c.

Idu.

Idu. Quicumque regno fidit, & magna potens
 In Aula dominatur,
 Regit arbitrio suo risum, & fletum.
 Tristem vultum in lætum
 Vertere ad nutum potest.
 Nam in fati rigorem
 Purpuræ opponit suæ Regium splendorem?

Contemnit semper

Qui folium premit

Vulnera Sortis.

Sunt, quoties fremit

Sors inimica

Regis lorica

Sceptrum, & Purpura,

Sunt illi Clypeus

Mens dura, & fortis. Contemnit &c.

Sal. Heu blanditiæ crudeles,

Heu Salomon ingræte,

Quod scelus admisisti!

Quali rebellis Deo Thura dedisti?

Cor iniquum, quod peccavit

Non est illud, quod donavit

Mihi veræ Deus Sapientiæ.

Sed scelestum, inhumanum,

Cor insanum

Culpæ filium, & Dementiæ.

Cor &c.

Aias. Salomon?

Sal. Crimen meum

Iam damno, & damno in culpa animum reum

Aias.

Aias. Omnis Culpa, omne scelus
 Postquam patratum est, serò damnatur.

Sal. Fletu Numen placatur

Aias. Sed non quocumque fletu

Sal. Flebunt oculi diu,

Aias. Fletu Oculorum

Ira non cessat Dei,

Sed fletu Cordis rei.

Leue pondus est in lacrymis

Si non animus

Proprium facinus deplorat.

Non est oculus externus,

Sed internus

Qui pietatem Cæli implorat?

Leue &c.

Fil. Qualis sceleris reus

Damnatur sponsus meus?

Idu. Quale Crimen patrauit,

Quo Numina irritauit?

Fil. Tu potius, dum retractas

Cor illius declinatum

Ad Deorum honorem,

Contra Cælum iratum

Culpam agis maiorem.

Aia. Tu Regis mei,

Tu Consiliarius Dei?

Discede

Recede

Turbator fatalis

Quietis Regalis

Depo-

Deponē tuas spes
 Tu Numinis veri,
 Tu Cultus sinceri
 Interpres non es.

Discede &c.

Sal. Parce parce indignantis
 Numinis prouocare iram vlttricem,
 At mentem infelicem
 Tenebris mersam suis altiùs attolle,
 Vbi vera lux fulget,
 Vbi veritas Dei certa refulget.

Idu. Aliud Numen ignoro
 Præter Numina mea,
 Quibus si negas Thura, quæ dedisti,
 Sirursus nostris Te Dijs rapuisti.
 Magnam habebunt gloriam
 Quod semel tui retulerint Victoriã.
 Non sunt lacrymæ doloris
 Non sunt fletus pænitentis
 Quos ex oculis fudisti;
 Sed sunt gemitus amoris,
 Sunt suspiria condolentis
 Quod à nobis recessisti.

Non &c.

Aias. Salomon, Culpæ tuæ Pænam expecta,
 Expecta Dei Flagellum,
 Erumnas, Hostes, Bellum.
 Iam Te deserit Regnum,
 Nouum Populi tui iam Regem amant,
 Iam indignum te clamant

Impe.

Imperio, quod rexisti,
 Quia Te Cælo ademisti.

Nec Te tantum Dei Iustitia
 Rex ingrate fulminabit.
 In Infantes Successores
 Reminiscens tuos errores
 Arcus Dei Tela vibrabit.

Nec &c.

Sal. In humana dementia
 Nulla vigere diù potest sapientia.

Idu. Pietas potius quàm scelus
 Ipsa forsã Religio
 Sceleris speciem præfert,
 Culpæ Imaginem refert.

Desine in fletum
 Soluere lumina;
 Vel non errasti,
 Vel si peccasti
 Serò dant oculi
 Peractò Crimine
 Humoris flumina.

Desine &c.

Sal. Serus post Culpam quidem
 Sed non vanus est dolor.
 Excipe Cordis mei suspiria, & luctus
 Qui post summam potentiam
 Maiorem omni Culpa habes Clementiam:
 Magnum Crimen est Animi ingrati
 Defecisse pio Numini Amanti.
 Sed nisi errassem

Nisi